


II. *Quomodo datis quadratis quocunq; sive equalibus sive inaequalibus inveniri possit aliud quadratum omnibus illis aequale.*

Dentur appositæ lineæ sex, A, B, C, D, E, F, quomocunq; sumtæ, ex quorum quadratis omnibus conficiendum sit quadratum aliud omnibus illis simul sumtis æquale. Primò ergò sumatur linea AH æqualis lineæ A datæ, erigaturq; in puncto ejus A linea AB æqualis li-



neæ B datæ perpendiculariter: deinde connectantur extrema utriusq; lineæ puncta B & H per Rectam BH, eritq; ABH Triangulum ad A Rectangulum, poteritq; hypotenuſa BH utrumque crus AH & AB sive lineas A & B. Deinceps erigatur in B Hextremo altero nimirum in B linea BC æqualis lineæ C datæ etiam perpendiculariter, ducaturq; hypotenuſa HC, quæ iterum potest crura BH & BC seu lineas A, B & C. Iterum in puncto C lineæ CH extremo erigatur CD lineæ D æqualis itidem perpendiculariter, poteritq; DH, lineas A, B, C & D. Idem si feceris cum lineis E & F, habebis tandem lineam GH cujus quadratum quadratis omnium datarum linearum A, B, C, D, E & F æquatur.

III. *Quomodo datis duobis quadratis alteri illorum figura adscribi debeat, quæ reliquo quadrato sit æqualis, ita ut totum compositum etiam sit quadratum.*

Sunt ergo duo quadrata ABCD majus, & GEFH minus: debeatq; unum alteri ita adscribi, ut figura uni Quadrato adscripta sit reliquo æqualis, totaq; insuper figura & ipsa quadrata. Si solummodo quadratum posceretur utriq; datorum simul sumtis æquale: succederet id beneficio Trianguli

GE